instituit de observantia. In favorem Ecclesie Cracoviensis ecclesiam Parochialem  
in Rzgow sub titulo S. Stanislai erexit eisdem dotem decimam manipularis  
de consensu Capituli in Rastkowska wola donauit. Decimas ponatulum de  
quadrageinta laneis Capitulo Cracoviensi in bonis Labianez inscripsit.  
Item Ecclesia S. Mariæ Sandomiriensis decimas in villis pothworow et Potwo-  
rowska wola Gutow Gutowska Wolia. Zavocin donatione perpetua  
recepit ab eadem Sandomiriensi ecclesia mille quingentis florenis de consen-  
su Capituli inscripsit. In Coleram et cravam prouisit. qui cum annis quinque  
decem diebus in Gnesnen sedisset ecclesia in Cracoviensi urbe ad quoniam tratta-  
tur regis negotia iussu Regio venerat die Veneris VIII Octobris agitu-  
dine non precedente quamvis diem credentem ex vesperam usq; ad horam  
secundam cum Iacobbo Vladislauien Episcopatu ceterisq; necessariis latet absun-  
disset citra horam tertiam subita infirmitate invitus adeo per noctem  
illam agitabatur quousque spiritum in aude Thimicen abbatis in qua hospi-  
tabatur, inconfessus et iniuriantem exhalaret, sorte mortem vito congruen-  
tem. Episcopus officia quae in tribus ecclesiis tenuerat scandalosis actionibus de-  
formans creditum est a nonnullis tam horrendam mortem illam occu-  
passe. Quod post mortem Thomae Episcopi Cracoviensis Jacobum de Sienno Epum  
Cracoviach, a pio Papa sponsum adiuuante illum Joanne Luthom  
de Brzezie Regni Poloniæ Vicecancelario qui sibi et in Vladislauien  
et in Cracoviensi Episcopatu successurum et contingit sperabat per eum et  
potestatem regiam exiliato priuum deinde excluso Episcopum Cracoviensem invia-  
serat. Ex qua re et eis sponsum mens una foret par quoque foret obitum am-  
bo em Cracoviæ sacramentis priuati subito morio et aeterno obnoxio ob-  
ierunt. Documentum maximum mortalibus futuri, ne sedes pontificales  
prava ambitione intraveant. Niclas Cosmider natu maior fratrem iunior

Bartholomeus Cap-

Bartholomeum Castellanum Calissien de oppido Casmin et villis ab Archipo  
emptis spoliavit. Tunc Archiepale prosequenti illum Casimir Rege et  
processionibz ex Cracovia paucis familiaribz comitantibz Gnesnam dela-  
tum parum visto honore in Gnesnen ecclia sepultum est.

Administrare ad secundem ~~venerabilem~~.

Administratore ad sedem Gnesnen regendam Vrcele de Gorka Proposito Gnesnen  
designato et festo Sancti Joannis Evangelistæ alias xxvii decembris die ad electionem  
futuri Pontificis instituto adueniente Jacobus de Sienno epus Vladislauen quem Ca-  
pitalius Polonie Lex dudum ad sedem gnesnen designauerat et quem Lucas de Gorka  
Palating Posnanien, Ioannes de Rithuana regni Polonie Marschalcius, Sigismundus  
de Olejnicz Regni Polonie vicecancellarius Scholasticus Cracouen. Mathias Grubenski  
Capitaneus maioris Poloniae Gnesnam venientes, regio nomine eligi depositabant  
uniformiter a Prelatis et Canonicis Gnesnen postulatio est. Ea tamen postulatio pa-  
rum vel nihil sibi contulit curia vel momenti. Sixtus em Papa quartus tres Regis  
rogatq. Pratum Jacobum de Sienno anticipando decem et septem diebus Capitula-  
rium Gnesnen postulationem die Veneris lo Mensis decembris Roma Capitularem  
electionem prohibens atq. irritans ad Gnesnen ecclesiam pronuntiavit non sine  
Capitularium Gnesnen Ludibrio et indignatione qui pronuntiationem a Jacobo  
Vladislauen Epò et suis factorebus obtenta priusq. ad eis postulationem pro-  
cederent presentientes moleste tulerant. Hic nobis genere de domo et familia  
Iambro ex oppido Sienno ex patre Sobieslao palatino Sandomiriensi et matre  
Catherina filia Demetrij Regni Polonie Vicethesaurarj genus luxit vir  
parum iusta statura ad iram et bilem naturaliter vohemens eius aliquin pa-  
rum tenax erat facile in illam excandescens facileq. deferens. Tunc quoq. appa-  
ruit quam futilis qm calumniosi fuerint a Joanne Grubenski tunc Epò Vla-  
dislauen et Joanne Lutkoni Regni Polonie vicecancellario deponibili in Ja-  
cobum de Sienno dum illum a sede Cracouen excludebat obiecto postum con-  
multiplex nota nihil efficere potuit quo minq. vir inidine notatq. ad totiq. ecclesias  
Polonica culmen et regimen assumeret. Hic anno sui pontificatus 4 ecclesiam suam  
Gnesnen stallis novis querentibus in monasterio terra Pomeraniae oliva ordi-  
nis Cisterciens et per fratres monasterij eiusdem miro artificio et sumptuoso  
opere elaboratis, veteribusq. et quæ ecclesiam Gnesnen deformabat erexit no-  
bilitauit. Item Castro Venetian inter lacum iacente damnum magis qm aliquem  
profectum afferente diruto et demolito. Saxa illig lateres et materialia in  
oppidum suum Archicapte anno dñi 1478 transtulit et caserum pulcherrimum  
fabricauit consultus sua et suorum successorum indemnitatibus amplius quam si ali-  
quot villas pro ecclesia Gnesnen coemisset. Hic oppidum Iambro in villa Zapotro  
erexit et maximam commoditatem Archicapte suo adiecit. Hic capellam manu-  
natorum in ecclesia Gnesnen pulcherrima et sumptuosa sculptura ornauit. In

qua et corpore sub urna arca requiescat. Hic sepulchrum d. Adalberto ex lapidibus  
marmoris ex Duda traductis supertusso opere fabricauit. Hic aggerem solidum et continuu-  
m quen licetrauit ab oppido Lanticiu 1393 ad ecclesiam S. Mariae lanciculam suis notabilib[us] impens-  
sis constituit armatis nobesia et granamine qm et quod habebant hinc inde transeuntes  
hic p[ro]fessoram et notabilem circa Gregorienice oppidum fundauit.

S. Signeus de oleptica claris manib[us] ortus ex ea familia cuiq[ue] insigne dambno vocant  
primam statem Grauiae in locis consumpsit in quib[us] tantum processit, ut dignus existimareb[us]  
qui ortus yis insignibus cohonestaret quib[us] ornari consuerunt y qui in liberalib[us] disciplinis  
non parandas habent progressiones. Cum esset Grauien Scholasticus nung ei delatum  
est Procancelary: id ita praeclare gesit ut non ita multo post dignus sit habity qui a  
Lege Vladislauen Egatu augeretur. Vide non multo post Archiepatum Gnesnen est conse-  
cutus. Vir fuit et summo loco natus et magnis opib[us] editus. ita magno quadam et ex-  
celso animo, qui cum esset Archiep[us] Gnesnensis et regni primatem ageret adduci nung potuit  
ut filio Regis Friderico Grauien Ego loco cederet. Leip. nemo fuit eo amantior cui o[ri] ra-  
tioni consultum esse solebat: neq[ue] sibi quemq[ue] illig caeca inimicum capere dubitabat  
Clan sui propugnator acerrimus liberans munificus et quo nemo unquam familiam alii  
magis splendidam et numerosam ut regio Comitatue uti videtur. Quotquot erant ferre  
in regio gne atq[ue] opibus praeteritis clan magis et insignes hi magna ex parte in  
fide illig erant et clientela cumq[ue] esset in eo comitate condita grauitas amabat  
colebat ab oib[us] et summam in regno autoritatem obtinebat. Quod cum alijs virtutib[us]  
doctrinam quoq[ue] et prudentiam singularem coniunctam habebat. Praefuit Ecclesia  
Gnesnen annis XIII excessit e vita mox ut coronatus est Rex Albertus anno a Chro-  
nico 1493.

Fridericus ex inclita Regum prosapia Patre Casimiro tertio Polonie Rege matre Eli-  
zabethia Alberti Romanorum et Ungarum Regis filia Sorore Ladislai Ungarie et  
kiss May A parentibus ita ut reliqui fratres sanctissime educatus. quorum non alia cura malorum fuit quam  
carent, ut non uno sed multis regnis digni videri posent. Intelligebant enim permultorum in eo possumus esse  
percepimus ut sapientia nova imbuas durat: nec lanarium colores quibus simplex ille candor mutatus est elui  
possunt, et haec ipsa magis pertinaciter hancet quia deteriora sunt. Nam bona facile mutaneur in peius  
fuit, nihil curae nihil diligentie, laboris prætermiserunt, in liberis suis sancte educandis. Grauitibus et spe-  
ciata, integritate viris curam eorum mandauerunt. Ceptorem adscuerunt Joannem Slugos. in quo ita  
cum doctrina certabat vita sanctimoniam neutram ut alteri concedere videret: neq; statuerit quisque  
posset doctione esset an melior. Is omnibus boni preceptoris officiis fungebat, neq; in litis nodo, verum et  
in morib; diligenter instituebat ad pietatem Christi et religionem mentes eorum informabat. ut in tene-  
ra etate deum timere propter colere, et mandata eius servare dissererent. quia in re tantum studiis atque  
opera ponebat, ut nihil mirum fuerit quod ex eius ludo profectus Casimirus Princeps eo perveniret  
sanctitatis, ut se in Beatorum sedes receptum non obscura nunc signa det: cum ad Sepul-  
chrum eius agnos multos sanatos, periclitantes servatos, mortuos ad vitam revocatos vide-  
amus. Ad cuius sanctitatem proximi accessit Sigismundus Rex, qui quo tempore ad regni huius que-  
sternacula sedebat, nemo fuit illo pietate nemo religione praestans: erga Dei ministros in-  
credibili fuit studio quibus tam in colendo deo, et preciis conciliando nihil concedebat. Secem-  
patuit quin bonam temporis partem deo propitiando transmiseret. Sermones alii sepe longi illi  
semper breves videbant. Quos aut mihi cura atque animi attentione audiebat, quia si Deum ipsi  
verba sua pronuntiantem audisset: Sciebat enim scriptum esse: non vos estis qui loquimini: sed  
spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. neq; molestus quidquam forebat, quam si verbum Dei Edi-  
cantem a quoque interpellari viderat aut signum dari ut sermonis fidem faceret. Nullum  
diem quoque per valetudinem licuit potuisse, quo non resplendit viseret: reiq; deinceps inter-  
fuit. Exemplum fuit sanctimonialis et religiosis omnibus ipsis etiam sacerdotibus, quos in  
iis etiam quae propria fuerunt eorum officia proponendum superauit. quo nomine merito  
fuit charus deo, et multis eius vitoribus et enumbris clarum et insignem fecit. de Turcis  
de Tartaris de Valachis de Moiscis de Prutenis. quae cum aggressus erat cuncta ferre  
in re Deum fiduciam suam positam et defixam haberet. Quae quidem spes et fa-  
dicta nungunum eum sepellit. Neq; sibi vitorias suas aut sua militum suorum virtutum sed  
soli dei misericordie acceptum forebat. Nungunum fuit Regnum quia illo regnante felix:  
nunquam opibus affluentibus, nunquam Polonum nomen apud exteris nationes illustris: adeo  
debet tam pie et solentem atque rem fiduciam in se collocantem omni prosperitatis quae  
civitatem lauit. Sed et reliqui fratres oes erant in hoc ludo ad pietatem et religionem  
egregie instituti et instructi: inter quos hic quoque Fridericus pietatis laude non possumus  
locum obtinuit. Qui cum et germanicam et latinam linguam puer edocet esset atque in

bran studys feliciter processisset: ihus est parentibꝫ et inter eo esset qui inuocant  
nomen anni. quorum ipse voluntati libenter paruit. Itaqꝫ mortuo Ioanne à Rzeschow  
Cracoviensi ipso in eis locum Cracoviensem Ep̄us est anno dñi 1488 Idibꝫ Aprilis renuncia-  
t̄ ac pridie quam postulat̄ esset per Vrécem de Gorha Posnaniensem Ep̄um minoris  
ordines ei sunt collati Piotrkowia dum Comitia haberentur in templo fratrum mino-  
rum Maiores vero in Bodzanczio quinto anno per paulum Laodicensem Ep̄um suffra-  
ganeum Cracoviensis. Erat tunc Archiep̄us Iohannes de Oleśnica is cum esset magno quo-  
dam et excuso anno locum in Senatus suum mordet̄ tuebatur: neqꝫ cum primatem age-  
ret Fridericus Cracoviensis Ep̄o Regis filio ut cederet additū potuit. Indignum id pati:  
indignum Ioani Alberto fñ vixim non proximum a se locum filium obtinere. Quamob-  
rem ad Alexandrum Pagan sextum legati missi suāt: per eos et Fridericus Cracoviensis  
Ep̄us Cardinalitus Galen ovnarch postulatum, neqꝫ ita magno negotio impetratum est  
Sed priusquam Fridericus Cardinalis est renuntiatus. Iohannes Archiep̄us vitam cu  
morte commutauit. Ipse in eis locum Archiep̄o Gnesnensis anno dñi 1493 17 Kalend. Iunij  
postulat̄ eo ipso anno XII Kats Octob. Londi Praesbiter Cardinalis est renuntiat̄ Sancte  
Luciae in Septem solis. Ceterum Galerus Cardinalitatis capellum vocant in sequenti anno  
postridie diei Paschatis et est allatus. Quo autem anno Cardinalis est rehanciatus eo  
ipso rem diuinam fecit missam cecinit in die Natalis Christiani inspectante matre Elisabetha  
et Joanne Alberto Regis fratre qui tum quasi designatoris ofice fungebatur ac incredibili huius  
multitudine adstante. Tuit Fridericus singulari pietate et religione præditus ad ḡm teorū  
adhuc in annis diligenter erat informatus. Quotidie cum ē lecto surgeret bonam t̄p̄is par-  
tem in orationibus consumebat: neqꝫ ys modo contentus erat quas horas vocant Canoni-  
cas. Sed multa præterea alia pia et deuota Deo mente orabat: deinde rem diuinam fieri  
principiabat cui cum interesset toto eo tge quod precibus dabat: ī nomine se interpellari pati-  
ebat: sed animo fuit semper in rem diuinam intento: neqꝫ agi secum illa de re quamvis ardua  
permittebat nisi et penso precium suum persoluto et sacro rite confecto. Sed et pomeri-  
dianas grecos pari diligentia pariqꝫ religione absolvebat. Cubicum vero cum uel flexis  
genibus prolixe semper orabat atqꝫ ita non minimam partem diei in Deo sibi preciō conci-  
cilando consumebat. neqꝫ haec in parte prætermittebat quidam quod ad peium Deoḡ dicatum  
Sacerdotem et Ep̄um pertineret. Et quod nr̄is t̄p̄is rara erat: fuit castitate conspicu-  
ita et illibata virginitatis laudem qua h̄ies ad angelorum similitudinem prox̄e accedunt  
ad extremum usqꝫ diem isto sua servauerit. Inveit aberat ab omni impudicitia neqꝫ  
nihil quod auris vel oculos cuiusqꝫ offendit: neqꝫ magis auerabat quidam quam volu-  
ptates prætereras quod sacerdotem et Ep̄um cuius proprium est nūc pro populi peccati  
quotidie sacrificium facere nihil minus decere intelligebat qm̄ ut contra fidem  
Deo datam in caro libidinis voluntaroy ab hac itaqꝫ labe semper se contaminatum

feruerat

Seruabat: et cum in oeo sedulo precando tum in voluptatibus contumendis talis  
se prestabat, ut nemo eiusdem ordinis virtutibus yis anteponi. pauci ei potuerint  
protecessit qui et ipse fuit admirabilis temperantia adeo ut mortem optemperet  
satig duxerit. quam venievis ysu qm illi certam spem ostendisse medieruntur  
a morte liberari Ignus qui in martyrum Cetum referat: tam viriliter cum  
voluptatibus bellum gessit. ut mori maluerit, qm se vinci ab illis patet. Neq;  
vero ex temperantia modo et libidinum continentia: verum tamen ex iustitia laudem  
fuit maximam consecutus. Alebat apud se quoguo habere potuit viros doctrina  
pristantes praeferim vero iurisconsultissimos ex eorum consilio ius cuiq; dicebat  
neq; personam magis qm iusti et aqui rationem habebat. In sacerdotiam vitis ani-  
maduerendis fuit seuerg sed eontra immunitates strenue defendebat atq; ladi-  
eos a quoq; et violari mortis instar putabat. Forte evenit ut Nicolaus Lubelszki  
q; et vrzod fuit appellatus Palating Lublinen vir clara et ultra qm magnis  
opib; graditus cuiusdam sacris initiato manus afferet. id simulatq; fuit ad Cardina-  
lem delatum, et si neq; sacerdos is erat et leuiter fuit percussus tamen facing id graui-  
ter esse vindicandum existimauit. Supplex ad eum venerat Ezechias Vladislauensis  
Epus Regni Cancellaris una cum reo fratre suo Nicolaus admissi facinoris veniam  
precabantur, atq; crateres duos argenteos inauratos iusta magnitudinis obtulit. cum  
instarent atq; virgerent multi neq; finem pro eo deprecantur facerent, vix tandem  
adductus est: ut eum absoluaret: idq; ea lege et condicione ut ultra crateres ipsos  
muletis loco trecentos aureos numeraret. Quo isto exemplo edito in praeponentem  
hunc deterrerentur abq; quo minime simile facinus aliquod designari auderent. In  
quendam vero equestris ordinis verum Rucki non gravius etiam consultit. qui  
cum et ipse insimulatq; esset quod sacerdotem quendam ludibrio habuisse  
diem illi exercitio coram se dici iussit venit is ad iudicium sexentis equitibus  
comitatq; postquam vero accusatione contra eum facta reg est iudicio poralitq; et  
admissi criminis convictus in turrim eum Isbensem detruidi iussit hisq; in comita-  
tie erant castro excedere iussis nisi pari vellent infortunis qm militari. Petebant  
illi supplices, ut rei misericordiam caperet: Sed plus non impetrabant qm ardeas in  
Bogdancin in illis constitueret quo aliquot est mensum intervallo precatum pro illo  
venirent. Cum opifex sibi diem obruiisset multis multoq; precib; sollicitatq; li-  
berum eum quidem dimisit sed non nisi trecentis prous marces muletatum. Adeo  
nihil minime ferendum neq; seueng quidq; animaduerendum existimabat: qm si  
quis vel minima re sacerdotes violasset. Si qua illis iniuria fricbat, res illam  
fieri interpretabatur: qm in Sei iniuria condonanda se prestitit fac-  
torem. Vigesimum octatis annum agebat cum Cracovien Epus, usquecumq; cum

efset Gnesnē Archiep̄us renunciatq. A cracouien' quindecim Gnesnē vero Metropo-  
litana decem annos profuit. In gesmo quinto aetatis sue a chro vero nato anno  
m DIII et vita huic diuersorio aeternam in domum migravit. Elisabetha matre fung  
eis lachrymis prosequenti. Ques et si non mediocrem. Suctum hau sit ex enim filio  
interitu Casimiri Succi in Beaton numerum relati Joannis Alberti Regis et Friderici  
Cardinalis. potuit tñ si olla alia eure optima inter felices faminas numerari.  
cum fuerit filia magni Regis. sorori Regis. uxor Regis. mater gratuor Regum. am-  
duorum Regum. Faxit deus Opt. Max. ut lex Sigismundg il paterna vestigia seque-  
tur. paterna felicitate perfruat. paternos annos a sequat.

Andreas Rora ex Borszowicze ex Rosan. familia cum statem egisset Roma magnū  
Romano Curia fuit usum adeptus. Cumq; falsus eo rumor eset allatq de morte Archiep̄i  
Leopolich Pontificis beneficio in eius locum fuit suffectq et Archiep̄us conserratq. ne titulo  
careret. voluit eum Pontifex Theomanus Ep̄um quoniam semel Andreas Archiep̄us erat consecratus.  
Exterum postquam certior aduenit nuntius. qui vivere diceret Archiep̄um quoniam semel  
Andreas Archiep̄us erat consecratus ne titulo careret. voluit eum Pontifex Theomanus Archiep̄um  
nominari. Sed non ita multo tñ post cum vere Leopolich sedes vacaret Archiep̄y Leopoli-  
en est designatq. quoniam vero tenue ex eo Archiep̄atu vertigal percepiebat adiunctq  
est et Pramisliensis Ep̄atus. Mortuo vero Friderico Cardinali ad Gnesnen eccliam  
translatq est. Primus fuit magis quam condus. Semperq; agud illum sumptus cen-  
sum superabat. Nam conuiuio sape multos accipiebat et quidem prilice semp-  
catus et hilariis Musica usq; ad reprehensionem studiosus. Largebat multa atq; in ea  
re multos sibi adiungebat. Erat acri ingenio solers natura. neq; illiteratq cum eset  
magis artium Non illi prudentia non consilium deerat. Cum in gradus eret etas eius co-  
adiutorem sibi delegit Ioannem a Luso Regi Cancellarium. Anno a chro Kato MDX  
e vita excessit Septimo anno postquam Gnesnēsis Archiep̄us factus erat.

Ioannes a Lasko ex ea familia quo corbitam pro insigni gerit vulgo Corabite  
vocabatur; adolescens in fide fuit et clientela Creslai Vladislauen Ep[iscop]i Legni  
Cancellarii: qui eis opera multum tribebat ita ut omne Cancellarii munus ipse suis  
fere humeris sustinueret. Quin cum et ad Sepulchrum Domini Hierosolinam esset pro-  
fectus eum in comitatu suo habuit Atq[ue] iterum cum Jubilai Ep[iscop]e Romam viseret  
deoq[ue] pro ceteris eum charum habebat et multis sacerdotiis augebat. Aliquamdiu  
Joannem Albertum Legem sequi iussit. quo Thorunij mortuo cum Alexander fr[ater] in Re-  
gnum sucesisset. Creslaus Joannem a Lasko illi addixit ac in Secretarium commendavit.  
Quoniam vero ipse affecta fuit aetate Mathias vero a Dzienica Preptus Skar-  
timiriensis Legni Vicecancellarius aduersa valetudine laborabat: cum neuter Alexan-  
drum in Lithuania proficisci posset. Joannes a Lasko accepto a Rege  
annulari sigillo duos plus minus annos Cancellarii manus solus obibat. atq[ue] post  
patroni sui obitum Cancellarii est Legni renunciatus. Cum autem uno atq[ue] eodem  
Ep[iscop]e Archiep[iscop]atus Gnesnensis Ep[iscop]atus Cracoviensis Vladislauensis Plocensis vacarent  
pro ea qua plenum apud Legem gra[du] et auth[or]itate efficit ut Joannes Rosa  
Archiep[iscop]us Leopolensis et Ep[iscop]us Przemisliensis ad Gnesensem ecclesiam transferretur. ipse  
vero Przemisliensis est Ep[iscop]us renunciatus. Cum Leopolensis Archiep[iscop]atus Mathias a Dzieni-  
ca desponsus esset ceterum Andreas Lora magno studio contendebat. ut Bernardi  
num Wilesek, qui cum annis sui communis habebat imagines in Archiep[iscop]atus Leopolitani  
successorem habere posset. Id quod quo minore negotio conficeret coadiutorem sibi in Archiep[iscop]atu[m]  
Gnesnensis assumpsit: ea legem et conditionem ut Przemisliensis Ep[iscop]atus Mathias a Dzienica  
cederet quo posset ad Leopolitani Archiep[iscop]atum Bernardus pervenire. quam conditionem  
Joannes a Lasko accepit: cumq[ue] esset in Comitiis Lublinen anno a Chro[ste]no 1503 re-  
gmi Cancellarii designatus, manus id tanto cum splendore administravit: et nemo  
satis mirari posset quemadmodum tantos sumptus sustinere valeret cum praefectu-  
tum nullas haberet dignitates, nec opina sacerdotia interque non aliud obtinuit hono-  
ratus, aut etiam fructusq[ue] quam Cancellariam Gnesnensem: atq[ue] ita in his fuit  
nomen suum subscrivere solitus. Joannes a Lasko Gnesnensis et Legni Cancellarius.  
Septimo anno postq[ue] fuit Legni Cancellarii renuntiatu[m] excessit ei uius An-  
dreas Lora Gnesnensis Archiep[iscop]us in eius max locum Joannes a Lasko successit  
seq[ue] Cancellarii munere abdicavit. Archiep[iscop]atus Romam est ad Concilium La-  
teranen[m] prefectu[m] magno et splendido comitatu atq[ue] annos aliquot ita ibi est  
commoratus ut magnam fuerit sanctitatis opinionem: erat enim insigni pietate et  
religione predita templo subinde frequentabat: et quoties sacris operabatur fons  
guidam lacrimas ex oculis eius manabat. Erat preterea sobrius castus atq[ue]  
incredibili temperantia libidinum, continentia ut cuius non modo animus a fa-  
ctis verum eram aures a commemoratione rerum obscenarum plenum atheserent.

Doctrina non

Doctrina non multum attingerat scot magni tñ fuit et vary ingenij. Erat  
oris dignitate erat novitatem grauitate conspicug. pupillorū defensor. clavis proprie-  
tator et communis ciuitati eorum patronus, qui nudi à orpinguis mores erant  
ab amicis quorum iugitiam dum tueret nullig potentiam inimicis formidabat.  
Itegri pecunia partus gramenium quidem in eam rem collocabat ut pro digni-  
tate in aula viveret. Deinde in propinquos suos et necessarios oem prope-  
tate debet de quibus evitendis sumam sollicitudinem gerebat. Sed in ysdem  
educandis permultum cura ex diligentia ponebat. nemo vñ fuit eiusdem etate  
tis Episcopis auct Regni Procerum qui plus ea in re Study collocauerunt. Tres habuit  
Fris sui liberos quos in loco felicis charos habebat atq; tales eos educauit ut  
non temere tres alij fr̄es in regno regnari potuerint in quibus tot tam opa-  
ras dotes cernere fieret. non eis oris decor eximig non rei militaris scientia  
non doctrina non magnus magnar; usus rerum defuit. Omnes ex ergo lin-  
guar; periti facundi omnes comes affabiles benigni liberales. eos itaq; in  
oculis fecerat eos quibus potuit fortunare et dignitatum accessuibus  
augebat: in eorum amore atq; adolescentia etas illig; ingravescens conqui-  
stebat. Roma in concilio cum triennium ageret causam Regiam contra Al-  
bertum Marchionem Brandenburgensem Mgrm Prussiae ita tutato est. ut nisi  
re ex sententia perfecta non quiesceret ac victor in patriam rediret. Legati  
nati munere non sibi modo verum et successoribus suis Archic̄pis Gnesnen  
semperiternis tporib; impetrato. Praterea Jubileum Septennalem et ceteras  
indulgentias obtinuit. Et centum quadraginta plus minus argenti marcas  
ecclie Gnesnen donauit. arcis Gnesnen Fundamenta iuit aris Louicen  
inferioris Bonam partem una et coquinam ex lateribus fabricatas. Sa-  
cellum S. Stanislai Gnesnd cum campo sancto et indulgentijs. Prothodochiu  
sus hospitale sacerdotum in Vnieow. Aedem sibi Alberti qui per Joannem  
Grzebsinski Archispū sacris iniit erat et aliam Sancti Rochi cum hoc  
spitali in Ignevnice erexit et multis redditib; dotauit. Aeonomus ut  
esset perpetuus in Archispū instituit. Capitulo Gnesnen Kinen. Posnanien-  
si vero M. Bonowen. Plebanatus adiungendos curauit. Molendinum 2ni-  
zenje et Louicen non parvo impendo ab hereditibus redemit. suas areas  
una cum curia Cracovia pro Archispū obtinuit. Clauem Louicen p̄ficiens  
maudib; auxit. Molendinum Dobrogost cum insigni aggere in clave Lancicen  
adificauit. In oppido Vielunen ales amplas latericias quibus cum vicina  
esset domum Prepti Vielunen eam curia sua adiunxit: ut illud dici de ea  
potuerit: Mantua vñ misera monum vecchia Cremona. Ex Lasko villa oppi-  
dam feuit: eccliam insignem fabricauit atq; ex Parochiali Collegiatam efficit.

in qua partim

fructus Cancelleria Gnesnē, partim Parochiales nonullas Ecclesias, partim decimas de mensa sua conuertit. Si quis munus Secundum Regem Poloniae Cracoviæ coronauit: atq; altero post anno ex hac vita migravit, anno ~~ccccc~~ Septuagesimo quinto A Christo anno M. D. XLI postridie Ascensionis diuinæ audito missa sacrificio, et omnibus his rite peraltis quæ Christianum Pontificem facere decebat suisq; valedicis. Fuit Archiepiscopus annis xx mensibus quinq; diebus iugis quatuor.

Mathias à Drzevica ex insigni et vetusta familia quæ ritulum vel iuuenium pro insigni gerit. vulgo Ciołkones vocant: patrem habuit nōtm quidem sed cui res esset angusta domi. qui tñ illius opera Capellanus Radomien factus erat: ab eo prima illa in astate parce fuit et duriter educatus adeo ut Vratislavia primum prope triennium deinde Cracoviæ aliquandiu stipem hostiarii mendicaret virtutem queritans. Cuicum cum vita pertinet sum est in adibg Philippi Calimachi, viri excellenti doctrina probati receptum habuit: neq; fuit vilum tam vile ministerij genus quod non alacri animo obiret, primum in culina versabatur aquam et liga ferendo et quavis imperata faciendo deinde equorum illi cura fuit demandata. cumq; dicto esset audiens omnibus: neq; cum pigeret aut puderet cuicm inservire: paulatim in ipsius quoq; Calimachi notitiam pervenit. qui pueri viso et erat vir prudens et acer iudicio, ex oris vel potius corporis totius lineamentis conjecturam faciebat esse illum honesto loco natum et magnum aliquando virum euasurum. Itaq; eo ipso ministerio usus est et in cubiculo suo eum assiduum esse iussit. Ceterum quotiens cubitum ibat Calimachus. Mathias descendit semper avidus, cereo religitus accendit: atq; ad lumen illorū libris heri sui legebat. Id quod cum semel atq; iterum ammadvirtisset Calimachus, tam ardenti adolescenti studio delectatq; natus adhuc eum inflammabat, et currentem quod ainst incitabat, atq; ipse aliquando seducebat.

quando subdocebat. cumq; videret magis atq; magis viides pectus eig expositi, in pingendis primam h̄is opera eius Iesus est. deinde si quid essent non ita magni momenti epistola eās scribi per eum iussit atq; ita pedeterrm stilum eig exercuit, et multum scribendo valere fuit existimat. Erat Calimachi apud Joannem Albertum Legem magna authoritas qui illig potissimum consilio nitebat atq; in intimis cum habebat. Quia res magnam apud eos Legni Senatores ei conflauit inuidiam. Sua em̄ consilia negligi ex illius externi h̄nis voluntate oī fieri querebant. Ingens contra eum tempestas fuit concertata neq; tranquillari anni Senatoř aliter poterant quam si ab aula sua Lex Calimachum amandaset. Id quoq; agre fecit tñ Rex et Calimachum Thorū degere iussit. Calimachus cum sibi necessario misgrandum esse ab aula cerneret: ut haberet tñ aliquem quo quasi interpr̄te apud Legem st̄ret, Mathiam Regi addixit quem Rex vel hoc solo nē ē testigo commendatum habere cap̄it quod esset a Calimacho profectus cuiq; ipse iudicio plurimum tribuebat, quod esse suauissime in eum effusus. Itaq; Dreuxic opera statim uti cap̄it quem cum sedulum et diligentem videret, sigillum ei primum annulare tradidit: nec ita multo post Regi Vicecancelarium designauit: ac tantum apud Legem Albertum grā florebant Dreuxici quantum aliis remo. Sed eum infelix bellum illicit contra Valachos Alberg gereret morto corruptus ex hac vita excessit. post cuius mortem insimulat⁹ fuit dicitur: quod partem aliquam Thesauri Regi ad se in privatam domum seuocasset: cumq; in custodiā tradit⁹: postea vero innocens renuntiat⁹ et emiss⁹ ēt, pro eo ut debuit graueriter tulit se insensem hac esse ignominia aspersum. Quamobrem in Italiam profect⁹. Venit⁹ cum doctis viris coniunctitudinem habuit. Ut cum ēt aliquando in communitatis Alexandri Regis h̄is fuit revocato. Reuerso mox Premishlensis Epat⁹ est oblat⁹. atq; ad mortem usq; Alexandro Regi ea fide et diligētia seruivit et non postremum apud eum grā locum obtineret. Cui cum successisset Sigismund⁹ maiore etiam in eum voluntatis inclinatione propen-debat. ac postquam Archipatrum Gregorij Ioannes a Lasko Regni cancellarij est electus Mathiam in eis locum renuntiavit cancellarium. Quinto p̄pt anno Gladislani⁹ Epum nominauit. quo tpe dicitur offi cancellarij se

voluntarij

voluntarii abdicauit. Cumq; sedecim plus minus annos Vladislauem ecclesie  
confuisse, mortuo Joanne a Lasco Archib; est renuntiatus Gnesnensis. Quarto post  
anno morte correpti ad superos migravit. Vir prudens et docti; comis affabilis humeris  
ab eo trouenta ratione semper remotus. Qui vice cancellary primum deinde Cancellary  
res praebebat et erat si quisque laboris patientissimus. Omne scribendi laboris solus vero sustine-  
bat. atque manu sua epistolas prope eis scribebat. neque unquam est fatigari visus. Vladislauem Epis-  
tula Gnesnen arcis nonnullas restaurauit ac prouentus non parua atque sive avale. Profuit ecclesie  
Metropolitana Gnesnen annis tribus mensibus undecim diebus xiii sancte obiit in arce Louicen  
anno a chro. Mato 1535. xiiii dicitur Septemb. cum esset febre continua consumptus vixit annos 68 menses  
sex dies duos horas aginti.

Andreas Critius: ex Cottificiorum familia quer cura esset Cracoviis studiorum suorum fundamenta  
recti ubi fratrem habuit natu grandiorum Nicolaum Cricium Decanum Cracoviensem quem Frideric-  
us Cardinalis in intimis habebat. ab eo aliebat et honeste educabat qui cum praefatis ingent-  
issimis et egregiam indolem in quoero perspexit statim ut ex ephesis excessit. Bononiae et statis  
annum Sedecimum ingressus est eum in Italiam misit. Bononia septem annos commoratus cum Nusus  
tantum habuit commercium ac decendi preceptoribus usus est Philippo Beroaldo et Antonio Co-  
druo Urceo, qui tum inter decendi magistrorum principem locum obtinebat. In Codro viro magna doctrina festi-  
uis, admodum ingenij non longo tempore versatus: sed eo tam valde familiariter. Iesus est multum illi deditus  
videbat. Quem mortuum suis humeris se excluisse gloriari saepe solebat. Leuensis ex Italia, citem  
eum quantum profecisset non paniteret: in fidem se contulit et clientelam Ioannis Lubranski  
Epi; Posnaniensem vivi et docti et magna integritate pietatis proditi. Qui plurimum ingenio illius  
delectatus, ad quod excolendum sumptus etiam in Italia suppeditauerat, sily loco charum illum  
pehebat et sacerdotis aliquot autem Barbaram Reginam, ut primum ex Hungaria fuit adduc-  
ta cum commendauit, ut cancellarius munere apud ipsam fungeret: nihil tamen in eo desideratum  
sit quod ab boni cancellarii officium pertineret. Sed non longo post intervallo quoniam factus erat Can-  
cellarius excessit ex vita Barbaram Reginam ex cuius immaturo interitu non mediocrem luctum  
et dolorem hauevit quem testatus est versibus quibusdam heroicis, ita scriptis ut magna  
cum admiratione omnium legatur. Erat enim felicior in pangendis versibus quam quis-  
quam adhuc Polonorum. Inerat in carminibus inveniens summa facilis incre-  
dibilis suauitas acumen singularis. Si quid erat mordacius scribendum, in eo genere excelle-  
bat maxime: et usque illi eo sales non debeat et lepores ut in media in Italia natus vi-  
deri possit. Postrema fuit ei verborum cura, ea vero prima, ut rem ita sub oculis subyce-  
ret, pinxitque ut magis quam scripsisse videbatur: sed numeros interea observabat. Non fuit  
quisque cum eo ingenii festinitate comparandus ut facile Codri discipulum agnoscere hecire,  
ad cuius invitationem compausisse se se videbatur. Nam et in soluto orationis genere legidem  
facilitatem exprimere conabantur semper eius elaborata fluebat oratio. Statutum illi

fuerat, hora mortua quietam et otiosam agere vitam, et sois cum misis ratio-  
rem habere. Sed de proposita sententia deducatur est oer auunculum suum Petrum  
Tomicium qui tum non posse rem gratiae locum apud Sigismundum Regem tenebat.  
Is Legni Procuratoriali designatus Regi eum in Secretarium tradidit atq; opera eius  
multum in Scribendo usus. Ad summos quoq; honores sua cum commendatione euerit.  
Ecce adiutorie Premissiem primus deinde Plocen Episcopi accusatus est. Cumq; laboran-  
ti aduersa valetudine Petri Thomae Cracoviensis Episcopi Archiepiscopus iterum est delatus  
cessit eo sororis sua filio: et quamvis per agnitudinem coram non posset, absens tamen  
per Cras et internuntios summo contendit studio et Cricium Archiepiscopum Gnesnen videre  
posset, atq; ei honorem hunc consecuto paulo ante quam moreret, multis profusis la-  
chrymis gratulatus est. Fuit Premissius Episcopus annos 4, quem locum adeptus, in  
aula Kihiloming permanescit: et ad Ludovicum primum Ungariae Regem, deinde ad successo-  
rem eius Joannesh Regem legatus est effectus. Quam cum alteram legationem obiisset  
Plocen Episcopus fuit renuntiatus. ac paulo post solonutum Orator missus est, ad reducen-  
dos Reges in concordiam de Regno Ungariae armis inter se decernentes. ubi cum effectu  
minit esset, altera pacificatoria legatione Posnaniæ usus est: ubi et Ferdinandi et Io-  
annis Oratoris Legis conuenierant. Sed titulem uti antea rebus infelitis discessum est.  
Plocen Ecclesie annis VIII presul In arce Poloniæ lateritiam domum construxit. ex hiliis  
aliquot expida fecit: quorum unum ex nomine suo Andropolim vocari voluit. Ad Gnesnen  
Archiepiscopum translatus in arce Louicien clara quadam fabricari capiit. ac constitutu-  
ei erat arcem illam et quam ornatisimam et quam munitissimam reddere: Sed mors sonatus  
eius peruerit. Nam cum Comitione diem affecta valetudine obiisset, quod Cracoviæ fuerunt edicta  
statim ut ea fuerunt absolute extremum quoq; vita sua diem obiit, sesquiannum postquam  
erat Archiepiscopus renuntiatus. Vir fuit acri iuditio excellenti ingenio: neq; vulgari doctri-  
na editus: quam complures ab eo editi libelli testantur. Quos adem carmine plures con-  
scriptis. Quo in genere magis excellebat si quid assertum breviter et acute, non sine mor-  
tis et aculeo scribendum esset. Sed et altero scribendi genere valebat. neq; sacris tristis  
aliens fuit. Itaque em contulteranos scriptis in psalmum XXI. Enarrationem, quem  
ad ecclesie afflictionem accommodauit. tum de sacrificio missæ libellum et alia non-  
nulla. Erat hoc Erasmi Rotherodani de illo iudicium, in eo libello quam Ciceronianum  
conscriptis: summum eum futurum fuisse nisi eius studia cum ecclesiaca, tum leip-  
negotia impediuerint. Ameno admodum fuit et suavi ingenio: fronte pergam fami-  
liari omnibus ita ut submissius prope se gereret, quam persona illig, et dignitas  
postulare videbatur. Quod rectum esset intelligebat: et virtus cuiusque notabat,  
atq; ea scriptis nonnunquam suis perstringebat.

Aeterni miseratione patris caligine genitilis erroris saculo licet senescente in Polonia depulsa polo-  
nisi ex diuturno tetrico idolatriæ iugo in fulgorem fidei perdutis, ea vel maxima illa clara quoq;  
Polonorum Principi Myskoni, cuius filius Boleslaus, quem Poloni magnum vocant et qui primus dila-  
dema purpuram, et uincionem regalem suscepit cura fuit, ut eadē sacra honore pontificali gra-  
ditur in Polonia fundarentur quatuor prefatum, quos ex Italiam Gallia et Germania oris ve-  
luti antiquius fidem sanctam profesis sedibus acciri, in nouas eadē pontificales placuit  
studio cura vita exemplo religione et doctrina lux fidei sanitatis, et religionis christi  
and in provinciis polonorum exorta radios diffunderet. Idolorum eliminatis spuriis  
tentorū sui funiculos in nationibꝫ neophytis longe latet, spargeret et dilataret duas  
urbes metropoles quibꝫ cetera velut suffraganea subiecta fundari placuit. Gnesnam  
unam, locus enim locutus ille tempestate insignis et celebris habebatur, qui nunc in  
humilem redacta est sortem parum, aliud retinet praeferam famam. Cracoviensem alteram  
judicet B. Stanislai Prothomartis nobilitata martirio uberi gleba et spelata com-  
moditatis situ equaliter in Pannonicam Bohemiam Russiam Lithuania Prussia, et  
terrasq; prouincias quare mercatoribꝫ frequentatur porrecta. Omne primatum splendo-  
rem. Omne primatum splendorem et gloriam consensu uniuersali et publico facile ap-  
prehendit. Eo tamen uno ming. felix quod decorum præminentiam metropolitati  
culminis, a septem continuatam habitam, pontificibꝫ abrogari sibi passa est, neq;  
tantaestate quā illam abrogationem secuta est ignominiam suam, licet per aliquos  
Pontifices suos, velut in cubitum erecta speciem resurgentis ostenderent deterrit.  
Et ne a posteris ignorari contingat qui qualesve pontifices quanto et quo tpe  
Hm̄ sedi Cracoviensi profuerunt, Catalogus singulorum presenti libro inscripto  
conditus est. Licet aliquos vetustas scriptorum penuria adeo obscurauerit  
ut non possit quare scriptum condicionum et actionum fuerint plene dinosci.  
Opere pretium quidem extimatum est, ut ī presules, ī quoq; Ecclesiis sanctis Cra-  
coviensi antipates in perpetua non solum memoria sed etiam laude hominum vor-  
sentur, q; eiusdem ecclesia tum duces institutes extiterint primary, tum ex  
post candidi et sonori precones.

Primus ecclesie Cracoviensis Archiepiscopus ordinatus anno Iñi nonagesimo sexa-  
gesimo sexto. Dux siquidem Myskonus suus Hlystko Polonia, q; a nativitate  
sua septennio fuerat circa ad virilem statem perveniens, Dambrowam Bohemicam  
ducissam filiam Bohemicam Iucis Boleslai S. Venceslai interfectoris duxit in uxorem. Hic primus inter Principes Poloniae fidem catholicam ab opere gentilitatis ter-  
ribus accepit et duas metropoles videlicet Cracoviensem, et Gnesnensem, et septem suffra-  
ganeas, videlicet Pratislauensem, Vladislauensem, et Culmensem cum filio suo Bolesla-  
vus, fundavit et pluroris episcopatus redditus consignauit pro dote. Stephano septimo  
sedi apostolica presidente. Ad consultationem autem uxoris sua protfata Gambo-  
wce, eiusq; demotus precibꝫ eccliam Cracoviensem ad honorem S. Ven-  
ceslai martiris gloriose cuius dicta Danbrouka erat negotiis germana dedicari  
et titulari ordinavit et pluroris ei redditus consignauit. In ea annis viginti  
Gfatus pater Venerabilis proborius presedit et tandem morte absusus in

injustiam suens quia iniustitiam faciens et perperam agens, neq; deum neg homi  
nes latere potest supplicium infamia viuens, post vero Tempiteriam ardorem ha-  
biturus. Pollebat etiam hic artistes singulari sapientia et quam sibi natura  
indiderat, et quam ipse diuinos et saeculares libros lexitando qua se erat.  
Pollebat et modestia paucis utens pauca appetens. Pollebat et castitate nitore  
vita ad quam etiam sua diocesis clerum exemplis, doctrinis, reprobationibus  
et correctionibus formabat.

In sedem <sup>Arch</sup> Epatis Cracoviensis Poppone mortuo, cuius Gomo Cracoviensis Decanus fu-  
cedit ordinatio per Benedictum Papam octauum anno Dni millesimo secundo.  
Quem Capitulares Cracoviensis die comitiorum quinta Maii constituta per viam  
scrutini uniformiter elegerant. et cuius electionem Polonia Rex Boleslaus facile  
gratificauerat. Opera enim sua in pluribz arduis negotiis Boleslaus Rex uti-  
bat quando quid agendum, consulendum, et expediendum imminebat indu-  
stria enim vir erat. Scripturas sacras memoriter retinens et legem diuinam  
eius precepta et ceremonias in pectoribz Polonorum tam clericorum quam lai-  
corum uigiter serens. Circuibat autem pontifex ipse omnem girum sua ample-  
diocesis Cracoviensis, et parum fidens suis Archidiaconis suisq; officialibz vi-  
tam mores et actiones cleri sui et populi curiose circumspiciebat. Superstitiones  
veteres phitones, et phitonisas, et singulos augures et diuinatores eradica-  
vit et exterminans. placidum se singulis exhibens, benignitatem in uiuersos exi-  
cens. Gratitudinem subditoy sebi populorum adeo sebi comparauerauit prome-  
nueratq; ut a singulis patris illum cultu et affectu venerarent votisq; illi  
ineolumitatem exceptarent. nec mirum, cunctos enim ipsi religiosis et benignis  
actionibus ad se uice amandum allixerat. Sedit hic Gomo annis nouem  
et corpore suum exanime in ecclesia Cracoviensi mandatis sepultura absumptus rebus  
humanis anno dñi millesimo tricesimo secundo.

In locum Gomponis Racheling Propositus Cracoviensis sextus Cracoviensis ecclia  
Archiepp. anno dñi millesimo tricesimo secundo Cracoviensis ecclia regens  
sedem assumpit a Ioanne xx in Sede Apostolica presidente ordinatus. Per pro-  
positos vero et Canonicos Cracoviensis xv Augusti ad praesidendum in ecclia in  
Cracoviensi pontificem via scrutinij celebrato generali capitulo conformiter  
electus. Sedit ipse Rachelinus annis xiv et in ecclia Cracoviensi sepelitus.

mortus anno dñi millesimo quadragesimo quinto. Patronis quoq; Italicis hic  
Pontifex erat prosapriam habens nobilem et actionem virtutis. aeta sua te-  
trans et discernens, et operationes suas certo iudicio modificatas perfici-  
ens, ad pretatis et eleemosinam opera singularis mentem adiecerat prouid-  
dens ex substantia sua mensa Epatis, viduis, orphanis, egenis, et qua cum  
necessitate grauatis. Casulis insuper, cappis calicib; crucibus libris co-  
tensisq; id genus ornamenti eccliam Cracoviensem gloriosam et insignem  
reddens. In scripturis diuinis et canonicis insigniter eruditus clerum  
sue diocesis ad castimoniam vita maxime erudiebat non tam verbo  
quam exemplo cum et ipse nitore pudicitia vitam suam adornasset.  
Hic Casimirum filium Mieczslauum Poloniū regis ab exilio ex ordi-  
ne ac canobio cluniacensi reductum anno dñi millesimo quadrage-  
simio primo in die S. Philippi et Jacobi Apostolorum in ecclesia Gnesnensis  
una cum Stephano Archepo Gnesnensi in Poloniū Regem coronauit  
Benedixit et insunxit. Calculi dolorem frequentis tolerans moyo  
ipso inualescente domo sua disposita ecclias sacramentis dolore  
eius consumptus est anno dñi millesimo quadragesimo quinto.  
Cum annos quatuordecim in ecclesia Cracoviensem excisisset Prelatis  
et Canonicis iusta funeri suo soluentibus in ecclesia Cracoviensem  
sepultus

Aaron monachus sancti Benedicti Thineiensis monasterij Cracoviensem di-  
cessis primus abbas anno dñi millesimo quadragesimo septimo, postulatq; et ad  
regendum sedem Epalem Cracoviensem Pachelino mortuo propter sandimoniam  
vita et virtutum de doctrina Christi Casimiro Poloniū Regi primo instan-  
te et petente i Capitularibus Cracoviensib; assumptq; et postulatq; ad Curiam  
Romanam ut legatus regis vadeat, et Benedictum nonum Colonie offendens  
celebris opinione vir in conspectu summi Pontificis Cardinalium et totius  
Curiae habitus, facile vota Regis ob quod principaliter venerat impleuit et  
post hanc per statum Benedictum Papam nonum. Colonie consecratus, or-  
dinatur et privilegio Archiepali insignitur pallium, sibi sub hoc verbop tenore et con-  
cessum. Pro reverentia B. Petri Principis Apostolorum sub eius velamento testaturum con-  
stituisti, et pro amore Regis Caroli alias Casimiri domini vestri eiusq; con-  
uiges Marie, corumq; filii Boleslai, et pro honore totius Regni vestri, statuimus  
Stabiling, dicamus, et benedicimus, in perpetuum in ecclesia Et ciuitate Crac-  
oviensi esse Archiepatum et metropolim cui subicimus omnes omnium. Episcopa-  
tuum parochias, qui in toto sunt Regno Polonio, ut Archiepali more uniuer-  
sis præsideat. Tibi quoq; et successorib; tuis, pallium de corpore B. Petri sum-

ptum concedimus diebus solennibus, a iure institutis deferendum. Hic creditur gradus  
ariorum tam in Ecclesiam quam in diocesim suam. Cracoviensem induisse, et diocesim suam  
ad compleendum huiusmodi gradus in diebus quadragesima obligasse. Annis duodecim  
in sede Cracoviensi presidens, quindecimā Maij rebus exemptus est humanis, et  
in Cracoviensi ecclesia sepultus. mortuus anno dñi millesimo quingagesimo nono.  
Hic natione Gallicus, et ex ingenuis parentibus ortus, et in monasterio Cluniac  
censi religionem. S. Benedicti professus, instante Casimiro Poloniae Rege, cum aliis  
duodecim fratribus eiusdem professionis et ordinis, ex Cluniaco Poloniā aduenit  
et locum Thunensem pro canobio accepit primusq; in eo abbas profuit. Tandem  
propter vita sanctimoniam et meritum alterasq; virtutes in eo relucentes operante  
Casimiro Rege in sedem Episcopalem Cracoviensem fuit promotus. ipseque septimus et ultimus  
ecclie Cracoviensis excusit metropolitanus. Qui Thunense Canonicum mul-  
tis prærogatiis libertatibus et immunitatibus largitioneq; Deciman manipularium  
ad mensam Archiepiscopalem Cracoviensem pertincentium, extulit et dotauit.  
